



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 39. Quid periurium?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORVM COMMVNIVM
esse potest, cū scilicet loquitur ex ani-
mo. Hinc & contra, Iudeus Christum
dicens esse Deum, mentitur quidem,
quia non credit: non tamen loquitur
mēdaciū, quia verū quod dicit est.

Omne igitur mendaciū pecca-
tum est, alterum tamen altero graui-
us: qui grauitatis ordo per compara-
tionem ad id, quod fit in doctrina fi-
dei, accipi potest.

Gen. 27. Ex his etiam patet non idem esse
mentiri, & errare, cum hoc absq; pec-
cato quandoque esse possit.

Caput 39.

Quid periurium?

*Aug. de
uerbis
Apostol.
serm. 28.*

Comites suos iurandum seu
iuramentum habere debet, ve-
ritatem scilicet, iudicium, &
iustitiam: quæ si defuerint, iuramen-
tum fit periuriū. Hinc peierare eum
constat, qui fallendi voluntate fal-
sum iurat: eumq; qui iuramento fal-
sum firmat, quamuis ipse verum pu-
tet: eum quoque, qui cum verum
fit quod iurat, putat tamen falsum,
vbi quamuis mentiatur iurans, non
tamen est mendaciū, vt ex supra di-
ctis patet. Periurat autem nihilomi-
nus talis: iurat enim fallendi inten-
tione. Qui autē iurat se aliquid præ-
stitu-

stituru-
rus nō
aut ter

Qu-
per sit
men fa
sine pe
verum
in reb
vt cum
ostend

Lico
re, nec
ramen

tum ef
Per
rum iu
men ei
bonum

Iura
tum ve

Neg
rum de
peierar
excusa
vt fidē
human

Est
ad iura
macho
at, aut

L I B E R III.

staturum, quod tamen non dat, periu- *1. Reg. 25.*
rus nō est, nisi mutando propositum,
aut terminum transgrediendo.

Quaquam autem iurare nō sem-
per sit malum seu illicitum: iurare ta-
men falsum, est grande peccatū: nec
sine peccato, citra necessitatem etiā
verum iurare. Ex necessitate autem
in rebus licitis concessum est iurare:
vt cum innocentis probitas per hoc
ostendi debet: & sic de alijs.

Licet autem & per creaturas iura-
re, nec tamen minus tenemur hoc iu-
ramento, quā si per Deum præsti-
tum esset iusiurandum.

Per falsos quoque deos etiam ve-
rum iurans infidelis, peccat: quo ta-
men eius iuramento sine peccato, ad
bonum fidelis vti potest.

Iuramenta autem in malum exi- *Beda bo.*
tum vergentia, obseruanda nō sunt. *44.*

Neque tamen callida arte verbo-
rum deceptorie iurans, neque alterū
peierare scienter cogens, à mortali
excusatur: secus autem, si exigat id eo
vt fidē de re iurata habeat. Hoc enim
humana est tentatio.

Est autem iuxta Ecclesie decretū,
ad iuramentum solenne ieiuno sto-
macho accedendum: nisi pro pace
at, aut periculi quid mora creetur.

G 6 Caput